



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tribunal Poenitentiæ Sev Libri Dvo Prior De Poenitente Ut
Reo Posterior De Confessario Ut Judice**

Stoz, Matthäus

Anno M.DC.LXXXIX.

Præfatio ad Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37144

LIBER PRIOR DE POENITENTE.

Iste in Tribunali Pœnitentiæ & Reus & sui ipsius Accusator simul etiam tam pro se, quam contra se Testis est, ut dixi; imo & Executor injuncti operis pœnalis. Unus ergo cum plures personas gerat, plura quoque habet, quæ, necesse est, ut diligenter observet.

P A R S I.

DE IIS, QUÆ ANTE CONFESSIONEM
SUNT OBSERVANDA.

Inter ea , quæ ad Confessionem Sacramentalem rite , utiliterque peragendam servire possunt , & prius , quam ea instituatur , curanda sunt , principem ferè locum tenet Examinatio Conscientiæ . Hanc ergo primum , postea etiam cetera prosequemur .

QUÆSTIO I.

De Examine Conscientiae.

i. **H**oc nomine intelligitur investigatio eorum, quæ à Pœnitente, vel ut Reo, ad sacram Pœnitentiæ Tribunal sunt deferenda; à Sacerdote verò, velut Judge, cognoscenda, solvenda aut liganda.

ARTICULUS I.

De necessitate Examini Conscientiae.

2. Antequam Confessio instituatur,
necessarium & idoneum tempus deligen-
R. P. Star Trib. Pennit.

dum est ad peccata animo repetenda, præfertim, si jam satis longum tempus ab ultima confessione sit elapsum. Et id quidem jure positivo divino, ex Christi ordinatione. Etsi enim nusquam in sacra Scriptura legatur, Christum præceptum Conscientiae ante Confessionem examinandæ imposuisse; per necessariam tamen consequentiam deducitur. Nam qui præcipit finem, hoc ipso eriam implicitè præcipit media ad illum finem consequendum necessaria, in potestate nostra posita: sic nimurum cùm Magistratus jubet, Notarium aliquid scripto consignare, hoc ipso jubet

A

etiam